IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 32v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Ad te leuaui spirituali
desiderio animam meam que carnalibus
desideriis conculcata premebatur in terra
leuaui ad te amplexandum et contemplan-
dum deus meus ego expertus in malis meam infirmita-
tem in tuam bonitatem confido quia potens es iuuare
et ideo non confundar de pctis meis coram te et angelis
tuis in finali iudicio.
Hoc quippe oro ut Inimici mei visibiles et inuisibi-
les et precipue illi qui serpentinis et occultis suggestionibus
insidiantes ad hec mala me deiecerunt non habeant
facultatem me irridendi ad quod parati sunt et certus
sum de hoc quod peto qui vniuersi qui sub malorum persecutione
auxilium tuum fiducialiter expectant non confundentur nec
hic nec in futuro.
Sed Confundentur in die iudicii omnes iniqua agentes
in rebus inutilibus vanis et infructuosis occupati.
Ne aut sim de numero iniqua agentium. Vias tuas per
quas itur ad te et per quas ad nos venisti demonstra mi-
ne aberrem ab illis et semitas consiliorum tuorum que ducunt
in perfectionem maiorem edoce me.
Dirige me in veritate tua ut recte et pie viuam sicut
veritas tua exigit doce me ut nichil peruerse agam in quo
a te exaudiri debeo tum quia tu es saluator meus salus
aut consistit in agnitione veritatis tum quia toto tpe mei inco-
latus expectaui miam tuam.
Propheta persuadet exaudiri ex consuetudine semper misere-
di dicens Reminiscere miserationum tuarum quas fide-
libus semper impendisti et miarum naturaliter tibi insertarum
que ab initio scti sunt nunquam enim sine mia fuisti nec peccanti
homini miseratio tua defuit.